Prominska in rem Hermanowskich Coniugum approbat.

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosa Catharina de Plesowice Fredrowna, Generosi Chrisostomi Prominski Consors legitima, cum eiusdem Mariti sui uti Tutoris Coniugalis personali assistentia et Abtuneo ad infrascripta recognoscenda consensu sana 7019 mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus [illegible] suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet se ac Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam libere publice, ac per expressum recognovit, Quia ipsa eliberando eundem suprascriptum Generosum Chrisostomum Prominski suum Recognoscentis Maritum ab onere sui Stationis ad approbandam Inscriptionem Debitoream per eundem praedictum Maritum suum in rem et Personam Generosorum Ioannis Hermanowski et Magdalenae de Plesowice Fredrowna Coniugum Legitimorum super Summam Sexcentorum Florenorum Polonicalium sic, et sui Recognoscentis nomine Feria Tertia post Dominicam Conductus Paschae proxima coram Actis Terrestribus Premysliensibus Anno praesenti factam et recognitam, eandem Inscriptionem Debitoream eadem suprascripta Generosa Prominska Recognoscens in toto approbat confirmat et ratificat, Itac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa mediante.

Feria Sexta post Festum Sancti

Margarethae Virginis & Martyris proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo

17/VII Fredrowa Religiosae, Filiae suae, Ordinis Sancti Dominici Conuentus Praemysliensis Moniali inscribit.

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus
Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus, Gnosa
707 Palumga de Ragozyce, olim Generosi Joannis de Ple-
sznice Fredro Consors derelicta Vidua, Bonorum certorum Sor-
tisti Villa Grabownica in Terra et Districtu Sanocensi
iacens et consistens Haeredissa sana mente et corpore exi-
stens, a Terris, Districtibus, Juribus Jurisdictionibusque
suis quibusuis propriis et competentibus recedendo Juri-
sdictioni vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdi-
ctioni quoad Actum hunc attinet, se cum Successoribus ac
Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorpo-
rando atque subiiciendo, palam, libere, publice ac per
expressum recognouit. Quia ipsa Religiosa Helena
in saeculo, in Religione vero Rosa, sui Recognoscentis
cum suprascripto olim Generoso Joanne de Plesznice
Fredro Marito suo procreata Filia, Coenobium Religiosa-
rum ac Deodicatarum Virginum Monialium Ordinis San-
cti Dominici Conuentus Praemysliensis nuper ingressa,

summam Mille Florenorum Polonicalium ratione vero dotis
et expeditionis ipsam de Bonis Paternis et Maternis
legitime concernens, inscripsit, dotavit, et assignavit, prout inscri-
bit, dotat et assignat praesentibus. Quam quidem summam supra-
scriptam Mille Florenorum Polonicalium eadem suprascripta
Recognoscens Generosa Salomea de Magorzyce Jedrowa,
Mater, se, suosque Successores in, et super Bonis suis
generaliter omnibus haereditariis et obligatoriis, mobili-
bus et immobilibus, summisque pecuniariis quibusvis habitis
et habendis suprascriptis Religiosae Helenae in saeculo in
Religione vero Rosae sui Recognoscentis filiae Moniali
Conventus praefati Premysliensis Religiosarum ac Deo di-
catarum Virginum Monialium Ordinis Sancti Dominici
hinc et ad Acta praesenti pro Die et Festo Sanctorum Petri
et Pauli Apostolorum in Anno Millesimo Sexcentesimo
Septuagesimo secundo proxime et immediate venturo
realiter et in effectu soluturam et coram Officio Actisque prae-
sentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus repo-
situram et relicturam, repositamque et relictam inde ab eodem
Officio non effidejussuram nec arrestaturam vel quovis alio
modo solutionem summae ejusdem praepedituram et impu-
gnaturam inscribit et obligat praesentibus. Idque sub va-
dio simili summae Mille Florenorum Polonicalium per
eandem Recognoscentem sive eius Posteros suprammemo-
ratae Religiosae filiae suae ob non solutionem Summae su-
prascriptae pro tempore et loco superius expressis ad sol-
vendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo prae-
misso ad solvendum succubito ac pro re aliqua principali ex-
pressus non completa complenda Summaque ipsa prin-
cipali non soluta solvenda Citata existens memorata

2112

Recognoscens Generosa Salomea de Wegorzyce Hedwora Mater sive eius Successores ad instantiam praefatae Religiosae Helenae in saeculo in Religione vero Rosae sui Recognoscentis ibidem Monialis Conventus memorati Premisliensis Religiosarum ac Dedicatarum Virginum Monialium Ordinis Sancti Dominici, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense, ex tunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio, stare, Iuri parere, respondere, vadium praefatum Luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur ac secus Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori, minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, servitio Militari, ad Munimenta ad Reiectionem, vel aliis quibusvis Dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos Dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia Simplicatis vel triplicatis Evasionibus Suspensionibus fatalium Iuris praescriptione Terrestri bello Conventioneque ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec mortificationis remediis evadendo. Itaque sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Prominscy Conges Scriptum
Hermanowskim Congib. robort

Comparens